Adrianus, Willelmus, Cornelius et Andreas, fratres, et Elisabeth, eorum soror, liberi quondam Jacobi Geritsz. de Dorn, Ghysbertus, filius quondam Johannis Ghysbertsz., tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Agnetis, sue uxoris, Johannes, filius quondam Adriani de Heze, tanquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Mechteldis, sue uxoris, filiarum dicti quondam Jacobi Geritsz. de Dorn, cum tutoribus domum, aream et ortum ac hereditates sibi adiacentes, sex lopinatas terre vel circiter continente, sitos infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Dungen, in loco dicto Grinsvenne, inter communem plateam, dictam die Grinsvensche straet, ex uno et inter hereditatem Johannis, filii Theoderici Ghyben, ex alio latere et fine utroque in ea qualitate qua ibidem dicti domus, area et ortus ac hereditates sibi adiacentes siti sunt, ut dicebant, hereditarie vendiderunt Mechteldi, filie quondam Rutgeri, filii Johannis Rutten relicteque quondam Ghysberti Arntsz., ab eadem, promittentes cum tutoribus predictis indivisi super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione undecim sextariorum siliginis Willelme, filie Arnoldi de Vladeracken, hereditario censu quatuor librarum monete capelle divi Anthonii in Buscoducis, hereditario censu unius et dimidii florenorum Andree, filio Willelmi Rutten, et Henrico, suo fratri, et hereditario censu undecim stuferorum capitulo in Buscoducis, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebant.

Testes Stegen et Gerardus, datum XV^a octobris.

R1339, fol. 10r-10v

15 oktober 1543

Adriaan van Eijndhouts en Nicolaas van der Stegen

Wy Eyndhouts ende Stegen, scepenen in sHertogenbosche, doen condt eenenyegeelycken dat opten dach van huyden datum des briefs voir ons gestaen is geweest Claes de Oude, soon wilneer Henricxsoen Gerarts Moens alias Keteler, ende heeft geconstitueert Claessen den Jongen, zynen broeder, in zynen wittigen procureur ende facteur ende gegeven ende verleent denzelven vry ende volcomen macht, auctoriteyt ende sunderlinge bevele omme inne zynen name ende van zynre wegen te compareren voir den stathelder van den leenen ons heren des keyzers in Brabant geordineert ende voir zyn mannen van leene ende aldair van zynre wegen ende tot behoefz zyns constituents te leene te ontfangen twee dorddegedeelten van eenre erffrente van vyff ponden swerte Tournaisen tsiaers, opte goeden ende heerlicheit van Herpen met allen hueren toebehoirten beset ende veronderpandt, ende noch twee dorddegedeelten van eenre erffrente van sesse oude Vrancryxsche scilde, opte goeden van Vroenhoven metten toebehoirten beset ende veronderpandt, ende vanwegen zyns constituents hulde ende eede dairaff te doene ende voirts in den name zyns constituents te doen des in dien nae gewoente van den hoeve aldair gewoentlic is ende behoren zal, geloevende die voirs. constituent opte verbytenisse van zynen gueden vast ende stedich te houdene allet geene ende zoe wes dat by Claessen den Jongen, zynen constitueerden procureur voirs., van zynre wegen dairinne zal werden gedaen.

In kennissen der wairheid zoe hebben wy scepenen voirs. onse segelen hier aen doen hangen. Gegeven opten XV^{ten} dach der maent van octobri int jair ons Heren duysent vyffhondert drie ende veertich.

R1339, fol. 10v-11r

15 oktober 1543

Adriaan van Eijndhouts en Rutger van Berkel

Condt ende kenlic zij enenyegeelycken alzoe Cornelis Anthonisz. die Wael anders Jonckers als principael sculder ende Willem Raessen Petersz. als zyn bourge hadden geloeft Hermannen van Deventher omtrent de somme van seven hondert carolusgulden, van XX stuvers tstuck, in ende tot verscheydene termynen te betalene nae vuytwysen zekere obligatien dairaff gemaict, zoe men seeghe, soe is gecompareert voir scepenen ondergeschreven die voirs. Herman van Deventher ende heeft oepelic bekendt ende beleden van de voirs. somme van sevenhondert carolusgulden van Willemen Raessen Petersz. ontfangen te hebbene tweehondert gelycke carolusgulden hem, Hermannen, verva[llen] ende verscheenen op Ons Vrouwen Lichtmissedach int jair XV^C XXVII; item noch van denzelven Willemen vyff ende vyftich dergelycke carolusgulden hem, Hermannen, op Onser Vrouwen Lichtmissedach int jair XV^C XL vervallen ende verscheenen; item kennende voirts die voirs. Herman de reste van de voirs. somme van sevenhondert carolusgulden van den voirgenoempden Cornelissen Anthonisz. die Wael anders Jonckers ontfangen te hebbene, sceldende alzoe die voirs. Herman als van de tweehondert vyffendevyftich carolusgulden ende reste voirs. ende voirts van de geheel somme van omtrent sevenhondert carolusgulden voirs. dair aff quyt den voirs. Willemen Raessen Petersz. ende Cornelissen Anthonisz. die Wael anders Jonckers, huer gueden, huer erffgenamen ende nacomelingen ende voirts alle anderen des quitantie behoevende, geloevende die voirs. Herman in goeder trouwen ende opte verbytenisse van zynen gueden tvoirs. quytscellen ewelic vast stedich ende van werden te houdene, zonder ennich wederseggen.

Getuygen waren hierover scepenen in sHertogenbosche Adriaen van Eyndhoutz ende Rutger van Berkel.

Gegeven opten XV^{ten} dach der maent van octobri int jair ons Heeren duysent vyfhondert drieendeveertich.

R1339, fol. 11r-11v

17 oktober 1543

Adriaan van Eijndhouts en Gerard van Berkel, zoon van Jan

Ludovicus, filius quondam Johannis Loyen, hereditarie vendidit domino et fratri Godefrido Arntsz., presbytero, conventuali conventus de Bethania Sororum Regularissarum, siti in Buscoducis, ad locum dictum den Wyntmoelenberch, ad opus dicti conventus hereditarium censum sex florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum et pro primo solutionis termino in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum proxime futuro notanter et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis et oneribus libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, dimidium iuger terre vel circiter continente, sitis in parrochia de Maren, ad locum dictum Cleyen Maren, inter hereditatem Petri, filii Henrici Petersz., ex uno latere et inter hereditatem domini Thome Arntsz., presbyteri, et plurium aliorum ex alio latere, tendentibus a communi platea ad hereditatem heredum quondam Thome Petersz. et plurium aliorum; insuper ex petia terre arabilis, sita in parrochia predicta, inter hereditatem heredum quondam Lucovici de Berkel ex uno et inter hereditatem Theoderici, filii Johannis Ghysberts, ex alio, tendente cum utroque fine ad hereditatem dicti domini Thome Arntsz., presbyteri, et plurium aliorum, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere, tali conditione subiuncta quod dictus venditor dictum censum redimere poterit perpetue cum centum florenis, carolusgulden communiter vocatis, viginti denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet huiusmodi florenorum computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime preintimabit. Testes Eyndhoutz et Gerardus, datum XVII^a octobris anno XLIII^o.

R1339, fol. 12r

20 oktober 1543

Nicolaas van der Stegen en Willem de Borchgreve⁴

Frans Pauweter, zoen wylen Arts Pauweter, als man v[an] Katharine, zyne huysvrouwe, dochter wylen Henrix van Hedel, een [***] hem toebehoerende, staende in sHartogenbossche, after dWilt Vercken, in een straetken aldaer, tussen een ander camer aldaer, Franssen voers. oeck toebehorende, deen zyde ende tussen den erve Jans Symon Bax dander zyde, streckende van den voers. straetken totten anderen erven Franssen voers., tsamen mitten ledigen plaetsken, in sulcker groetten, breyden ende wydden, zoe dat nu ter tyt mitten ghelynten aldaer beheynt is ende mitter helft van den muer intersticiael tussen beyde die cameran staende, ende oeck mitten gebruyck van den privaet aldaer, teynden tvoers. plaetsken staende, mit condicien dat die vercoeper ende coeper voers. denselve muer tot huere gelycke costen zelen onderhouden ende elck van hen zal daeraen oft inne ende nyet daerop mogen tymmeren ende mit anckeren mogen bevestigen zoe elcken van hen dat zal gelieven, mer dat alleen ten coste van dengheenen die dat alsoe doen zal, bij alsoe dat die voirs. Jan Bax in der voirs. camer gheenderhande locht en zal moghen scheppen ten erve weert (?) Franss. voers. meer dan daer nu is ende tprivaet zal desgelijck tot gelycke costen

⁴ de schepenen zijn niet bij deze akte genoemd, maar wel onder de bijbehorende volgende akte.

worden onderhouden ende ghereynicht als van node zal wesen; is noch bevoerwert dat Jan Bax voirs. tot zynen coste rontomme die voirs. plaetse eenen steenen muer zal leggen daer die gebynten staen, zoe dicke ende hoeghe blivende op zyn erve daer die gebynten staen, te weten van den hoeck van den privaet des voers. Jans Bax totten hoeck der mueren Franss. voers. ende daer nyet buyten, zonder daer op te mogen tymmeren oft locht te mogen scheppen ten erve waerts van Franssen voirs., mer zal daerinne wel moghen ankeren om ennige luyven op zyn erve daerinne te maken ende te vestighen, heeft hy wittelick ende erffelick vercoft Jannen Bax voers., van denselven Jannen erffelick te hebben ende besitten, ende heeft daer op vertegen als gewoonlick is, gelovende die voers. Frans als sculdener principael op hem ende alle zyn gueden die hy nu ter tyt heeft ende namaels zal mogen hebben ende vercrigen die voers. camer mitten plaetsken ende helft van de voers. muer intersticiael ende tgebruyck van den voirs. privaet, als boven vercoft, te weeren ende alle commer daerinne wesende geheel ende al af te doen.
Actum XX octobris anno XLIII.

R1339, fol. 12r

20 oktober 1543

Nicolaas van der Stegen en Willem de Borchgreve⁵

Die voers. Jan Bax heeft gelooft te betalen Franssen voers. Sint Janssmisse naestcomende die somme van tweehondert karolusgulden, tot XX stuvers tstuck oft die weerde in anderen gevalueerden ghelde, ende daertoe noch twelfve derselver gulden.
Actum anno etc., die predictie.

R1339, fol. 13r-13v

25 oktober 1543

Adriaan van Eijndhouts en Willem de Borchgreve

Johannes, filius quondam Johannis, filii Johannis Stansart, calcifex, hereditarie vendidit Cristine, filie quondam Johannis Bock, ad opus domini Arnoldi de Vechel, presbyteri, filii quondam Willelmi Woutersz., hereditarium censum trium florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie et in festo Purificationis et pro primo solutionis termino in festo Purificationis proxime futuro notanter et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis libere tradendum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parrochia de Vechel, ad locum dictum Op Sontvelt, inter hereditatem Johannis van den Hezeacker ex uno et fine utroque et inter communem plateam ex alio; insuper ex quodam prato terre fenalis, bonarium terre vel circiter continente, sito in parrochia predicta, inter hereditatem liberorum quondam Jacobi van der Zantvoirt ex uno et inter hereditatem Willelmi Dircxsz. ex alio, tendentibus a communi platea ad hereditatem Johannis, filii Henrici de Tillair, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi unius stuferi domino duci ex domo, area et orto ac hereditate predictis prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali conditione annexa quod dictus venditor dictum censum redimere poterit perpetue cum quinquaginta florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem in alia bona pecunia

⁵ *onder deze akte: sic apportatum per dictum Stegen, XX octobris anno XLIII, met de handtekening van Van der Stegen en Borchgreve.*

nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni preintimabit. Testes Eyndhoutz et Borchgreve, datum XXV octobris anno XLIII.

R1339, fol. 13r-13v

16 oktober 1543

Gerard van Berkel, zoon van Jan, en Rutger van Berkel

Notum sit universis quod cum Theodericus, filius quondam [***] quondam Johannis Pauwelsz., domum et aream ac cameram suo fundo et ortum, sibi mutuo coadiacentem, sitis in Buscoducis, supra Aggerem Vuchtensem, infra ambas portas ibidem, inter fabricam capelle Sancti Cornelii ibidem, quodam parvo viculo protenso ibidem, a communi platea retrorsum usque ad aquam ibidem currentem interiacentem ex uno latere et inter hereditatem Agnetis dicte van der Moelen, vidue, et eius liberorum ex alio latere; item adhuc particulam hereditatis cum domuncula porcorum, dicta een verkenkoye, desuper consistente, siti ibidem, retro dictam cameram, inter dictum viculum ex uno latere et inter hereditatem dictorum Agnetis et eius liberorum ex alio latere et fine uno, simul cum iure utendi dicto viculo atque gradu aquatili necnon cloaca ibidem ad finem eiusdem viculi iacente, similiter dicto Theoderico et aliis hominibus in eisdem ius habendi, dedisset ad hereditarium censum Henrico, filio quondam Johannis dicti Rochus, cumque dictus Henricus, filius quondam Johannis Rochus, pistor, per modum testamenti et extreme ac ultime sue voluntatis ordinasset, declarasset et voluisset ymmo etiam mandasset quod dictas domum, aream, cameram cum eius fundo et orto, quas ipse constante matrimonio inter ipsum et Belam, suam uxorem, legitimam filiam quondam Johannis Yhielmansz., acquisierat, post eius decessum dicta Bela haberet et obtineret ad eius liberam et propriam voluntatem, prout in diversis litteris, et cum deinde dicta Bela dictas domum, aream, cameram cum eius fundo et orto in suo testamenti reliquisset suis liberis, ab ipsa et quondam Jacobo Jansz., sua priore marito, pariter genitis, ut dicebatur, in quodam instrumento publico latius contineri, constituti igitur coram scabinis infrascriptis Johannes, filius quondam Ludovici de Dunnenwalt de Colonia, tamquam maritus et tutor legitimus Clare, sue uxoris, filie dictorum quondam Jacobi et Bele relicteque quondam Judoci Goessensz. alias dicti de Tangeren, et ipsa Clara cum eodem Johanne, suo marito, tamquam cum suo tutore ad hoc ab ea electo et ei a iudice rite dato, usufructum dicte Clare competentem in medietate dictarum domus, aree, camere cum eius fundo et orto particule hereditatis ac iure utendi viculo, gradu aquatili et cloaca predictis, legitime supportaverunt Johanni Goessensz. alias de Tangeren ad opus liberorum impuberum dicte Clare, ab ipsa et dicto quondam Judoco pariter genitis, simul cum dictis litteris, aliis instrumentis et iure, promittentes super omnia et habenda ratum servare, omnes obligationem et impeticionem ex parte eorum deponere.

Testes Gerardus et Rutgerus, datum XVI octobris anno XLIII^o.

R1339, fol. 13v

18 oktober 1543

Gerard van Berkel, zoon van Jan, en Rutger van Berkel

Anthionius, filius quondam Winandi Dircxsz., promisit super omnia et habenda Catarine, filie quondam Theoderici Petersz. de Tartwyck, unum florenum, carolusgulden communiter vocatum, XXⁱ stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro eodem computando, Remigii confessoris proxime futurum, insuper unum consimilem florenum a Remigii confessoris proxime futuro ultra annum, insuper unum consimilem florenum a Remigii confessoris proxime futuro ultra duos annos, insuper unum consimilem florenum necnon

sedecim florenos, carolusgulden communiter vocatos, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, a Remigii confessoris proxime futuro ultra tres annos persolvendos.

Testes Gerardus et Rutgerus, datum XVIII^a octobris.

R1339, fol. 13v

deze akte is onvolledig

Gerardus, filius quondam Henrici Roefs, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Petri Wagmans, hereditarium.

R1339, fol. 13v-14r

23 oktober 1543

Gerard van Berkel, zoon van Jan, en Willem de Borchgreve

Henricus et Catarina, eius soror, liberi quondam Henrici Donck Junioris, filii quondam Jacobi, cum tutore duas tertias partes ad ipsos spectantes in domo, area et orto ac domo posteriori, sitis in Buscoducis, in vico, olim die Colperstraet, nunc vero die Verwerstraet vocato, inter domum et hereditatem magistri Anthonii Arntsz., tinctoris, ex uno latere et inter hereditatem Johanne, filie quondam Johannis Bitters, et Gerardi Nouwen Willemsz. et inter quandam domum quadrangularem, olim Arnoldi Willemsz., et inter quondam communem viculum ibidem protensum ex alio latere, tendentibus a dicto vico, die Verwerstraet vocato, retrorsum ad hereditatem heredum quondam Johannis de Vucht, et in suis iuribus et attinentibus, quos domum, aream et ortum ac domum posteriorem et sua iura et attinentia predicta Henricus Donck, filius Jacobi, erga Swederum de Ferwen per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Jacobo, eorum fratri, filio dicti quondam Henrici Donck Junioris, filii quondam Jacobi, simul cum dictis litteris et instrumento inde mentionatibus et effestucando, promittentes cum tutore predicto super omnia et habenda ratum servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et dicti Henrici Donck, eorum patris, deponere, exceptis censu fundi duorum stuferorum minus octo denarios domino duci, hereditario censu dimidie blance Mense Sancti Spiritus in Buscoducis, hereditario censu quinque stuferorum, hereditario censu octo stuferorum conventui Fratri Predicatorum in Buscoducis, hereditario censu duarum et dimidie librarum monete Florentio de Os, hereditario censu duorum florenorum et quatuor ac dimidii stuferi Johanni de Vlierden, hereditario censu duodecim librarum dicte monete Johanni, filio quondam Petri Sleeuwen, hereditario censu sex librarum monete predictae Petro Collart, hereditario censu septem et dimidii florenorum Aleydi dicte de Aeryl, begine Maioris Curie Beginarum in Buscoducis, et hereditario censu quinque et dimidii florenorum, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, quos census predictos dictus Jacobus exinde deinceps de et ex dictis domo, area et orto ac domo posteriori et suis iuribus et attinentiis dabit et solvet, redimet et acquitabit dareque et solvere, redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto Henrico et Catarine ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futurum, prout dictus Jacobus hoc palam recognovit et super omnia et habenda dictis Henrico et Catarine repromisit.

Testes Gerardus et Borchgreve, datum XXIII^a octobris anno XLIII.

R1339, fol. 14v

19 oktober 1543

Rutger van Berkel en Frans van Balen

Gerardus, filius Ghysberti van der Weyden, promisit super omnia et habenda Elisabeth, filie quondam Ghysberti, filii Johannis Lucasz., relicteque quondam Petri die Cuyper, viginti quinque florenos, carolusgulden communiter vocatos, XXⁱⁱ stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, necnon unum maldrum siliginis mesure de Buscoducis ad festum beati Laurentii martyris proxime futurum persolvendos et dictam siliginem in Buscoducis tradendam.

Testes Rutgerus et Balen, datum XIX octobris.

Census inclusus est.

R1339, fol. 14v

19 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Frans van Balen

Erenbertus, filius quondam Rutgeri, filii Godefridi, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Elisabeth, sue uxoris, filie quondam Johannis, filii quondam Arnoldi Michielsz., annum et hereditarium censum quatuor librarum monete pro tempore solutionis huiusmodi census in Buscoducis ad bursam communiter currendo, solvendum anno quolibet hereditarie in festo Purificationis beate Marie virginis de et ex domo area et orto ac hereditate sibi adiacente, sex lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parrochia de Gemonden, in tribunali de Roda Sancte Ode, ad locum dictum Bersselair, inter hereditatem Franconis, filii Lamberti Franconis, ex uno latere et inter communem plateam ex alio latere et fine uno, quem censum predictum Johannes, filius quondam Arnoldi Michielsz., erga Arnoldum, filium quondam Arnoldi Michielsz., emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit Nicolao, filio quondam Johannis Marcelisz., simul cum dictis litteris et iure, promittens super omnia et habenda notanter warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere, potestate tamen redimendi censum predictum venditori eiusdem salva iuxta continentiam literarum desuper confectarum.

Testes Gerardus et Balen, datum supra.

R1339, fol. 14v-15r

19 oktober 1543

Rutger van Berkel en Frans van Balen

Heylwich, nagelaten weduwe wylen Jans van Vlieden, heeft hair affgeseecht het coerencoperambacht bynnen der stat van sHertogenbosche ende en wil voirdaen dairmede nyet meer schieten noch oic genyeten.

Getuygen waren hier over scepenen in sHertogenbosche Rutger van Berkel et Frans van Balen.

Gegeven opten negenthiensten dach der maent van octobri int jair ons Heeren duysent vyfhonderdtrieendeveertich.

R1339, fol. 15r

19 oktober 1543

Rutger van Berkel en Frans van Balen

Dominus⁶ Anthonius, presbyter, filius quondam Petri van den Eeckhout, duos domos, areas et ortos, finaliter sub uno tecto lateraliter coadiacentes, sitos in Buscoducis, in vico Orthensi,

⁶ *in de marge d.d. 20 oktober 1543* : Dictus dominus Dominicus Paeuweter, canonicus ecclesie domini Petri in Boxtel, filius quondam Arnoldi, dictos duos domos, areas et ortos

inter hereditatem Petronelle, relicte quondam Hermanni van Spoerdonck, et eius liberorum ex uno latere et inter hereditatem Johannis Scalcken ex alio latere, quos duos domos, areas et ortos predictos dictus dominus Anthonius, presbyter, erga Swederum de Gerwen per iudicem mediante sententia scabinorum in Buscoducis emendo acquisierat, prout in litteris, hereditarie supportavit domino Dominico Paeuweter, canonico ecclesie domini Petri in Boxtel, filio quondam Arnoldi, simul cum dictis litteris et instrumento inde mentionantibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ratum servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere, salva tamen et reservata dicto domino Anthonio suo hereditario censu decem florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, annuatim exinde levandi iuxta continentiam suarum litterarum desuper confectarum.
Testes, datum supra.

R1339, fol. 15r-15v

19 oktober 1543

Adriaan van Eijndhouts en Nicolaas van der Stegen

Johannes Berchman, filius quondam Johannis Berchman, hereditarie vendidit Henrico Keymp ad opus suorum liberorum, ab ipso et quondam Elisabeth, sua uxore, filia quondam Ambrosii de Hanenberch, pariter genitorum, hereditarium censum duodecim et dimidii florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo beati Remigii confessoris et pro primo solutionis termino in festo beati Remigii confessoris proxime futuro et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis et oneribus libere tradendum de et ex manso quodam, dicto Nollekens hoeve, sito in parochia de Oisterwyck, ad locum dictum Udenhout, videlicet de et ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ac ceteris iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis ubicumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi duorum et dimidii stuferorum, hereditaria pactione sex modiorum siliginis conventui sancte Geertrudis in Buscoducis, hereditaria pactione unius modii siliginis capelle in Udenhout, hereditario censu sex librarum monete heredibus quondam Theoderici van den Hoevel, hereditario censu novem florenorum Mense Sancti Spiritus in Oisterwyck, hereditario censu trium florenorum Jodoco de Eersel, hereditario censu trium florenorum heredibus quondam Rasonis Raesz. et hereditario censu duodecim florenorum liberis Henrici Keymp, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali conditione annexa quod dictus venditor dictum censum redimere poterit perpetue cum ducentis florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime preintimabit.
Testes Eyndhoutz et Stegen, datum XIX octobri.

R1339, fol. 15v-16r

20 oktober 1543

Nicolaas van der Stegen en Willem de Borchgreve

hereditarie supportavit Iohanni Naets, filius quondam Arnoldi, simul cum dictis litteris, aliis, instrumento et iure, promittens super omnia et habenda ratam servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte sui deponere. Testes Stegen et Borchgreve, datum XX^a octobris anno XLIII.

Adrianus, filius quondam Symonis Rutten, hereditarie vendidit Arnoldo, filio quondam Godefridi Willemsz. van der Donck, hereditarium censum sex florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo beatorum Symonis et Jude apostolorum et pro primo solutionis termini a festo beatorum Symonis et Jude apostolorum proximo futuro ultra annum de et ex domo, area et orto ac hereditate sibi adiacente, duas sextariatas terre vel circiter continente, sitis infra libertatem opidi de Buscoducis, ad locum dictum Dungen, in platea, dicta die Litschestraet, inter hereditatem Adriani Spierincx ex uno et inter dictam plateam, die Litschestraet appellatam, ex alio et fine uno, tendentibus cum alio fine ad hereditatem Arnoldi Vogels, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere.

Testes Stegen et Borchgreve, datum XX octobris.

R1339, fol. 16r

20 oktober 1543

Nicolaas van der Stegen en Willem de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum centum florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni preintimabit.

Testes, datum supra.

R1339, fol. 16r-16v

20 oktober 1543

Nicolaas van der Stegen en Willem de Borchgreve

Notum sit universis quod cum Willelmus, filius quondam Johannis Staes Lambertsz., des cuypers, ab eodem Johanne et Cristina, sua uxore, filia quondam Willelmi Pickevet, pariter genitus, hereditarie vendidisset Goeswino de Rossem ad opus Dominici Paeuweter, filii quondam Arnoldi, hereditarium censum decem florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet huiusmodi floreni computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste de et ex tribus domibus et areis, sibi mutuo et lateraliter sub uno tecto coadiacentibus, cum iuribus et attinentiis, sitis in Buscoducis, ad Forum Piscium, retro gruen ibidem, dictum Achter den Craen, inter hereditatem Mathie Lambert Stoetersz. ex uno et inter hereditatem Ghysberti van der Scout ex alio latere; insuper ex duabus domibus, areis et ortis, finaliter sub uno tecto lateraliter coadiacentibus, sitis in Buscoducis, in vico Orthensi, inter hereditatem Petronelle, relicte quondam Hermanni van Spoerdonck, et eius liberorum ex uno latere et inter hereditatem Johannis Scalcken ex alio latere, cumque dictus Dominicus Paeuweter, filius quondam Arnoldi, dictum hereditarium censum decem florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, hereditarie supportasset domino Anthonio, presbytero, filio quondam Petri Gellonis van den Eeckhout, prout in diversis litteris, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis Johannes Naets, filius quondam Arnoldi, promisit super omnia et habenda dicto domino Dominico Paeuweter, filio quondam Arnoldi, quod ipse dictum censum decem florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, exnunc deinceps annuatim dabit et solvet, redimet et acquitabit dareque et solvere, redimere

et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicto domino Dominico ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futurum.
Testes Stegen et Borchgreve, datum XX^a octobris.

R1339, fol. 16v-17r

20 oktober 1543

Van Berkel⁷ en Willem de Borchgreve

Yda, filia quondam Johannis die Raet relictaque quondam Judoci Spierincx, cum tutore usufructum sibi, ut dicebat, competentem in quinta parte medietatis cuiusdam mansi, siti in parochia de Hezewyck, ad locum dictum die Voirt, videlicet in quinta parte medietatis domorum, arearum, ortorum, pratorum, pascuarum, mericarum, lignicrescentium ac ceterarum iurium et attinentium eiusdem mansi singularum et universarum ubicumque locorum consistentium, situm, solvendum ac reperiendum in illa videlicet quinta parte medietatis premissorum que Adriano, filio quondam Jacobi Goyartsz., tamquam marito et tutori legitimo Elisabeth, sue uxoris, filie dictorum Yde et quondam Judoci, per et post mortem dicti quondam Judoci iure successionis hereditarie advoluta sunt et adhuc per et post mortem dicte Yde iure successionis hereditarie advoluenda sunt, ut dicebat, legitime supportavit dicto Adriano, filio quondam Jacobi Goyartsz., tamquam marito et tutori legitimo dicte Elisabeth, sue uxoris, filie Yde et quondam Judoci predictorum, et effestucando, promittens cum tutore predicto super omnia et habenda ratum servare.
Testes Berkel et Borchgreve, datum XX^a octobris.
Dicta supportatio solum sortietur effectum quoad venditionem census sequentem.

R1339, fol. 17r-17v

20 oktober 1543

Van Berkel⁸ en Willem de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Adrianus, filius quondam Jacobi Goyartsz., tamquam maritus et tutor legitimus dicte Elisabeth, sue uxoris, filie eorundem Yde et quondam Judoci, hereditarie vendidit Rovero, filio quondam Willelmi Roversz., hereditarium censum unius floreni, carolusgulden communiter vocati, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro eodem computando, necnon quinque consimilium stuferorum, solvendum anno quolibet hereditarie in festo Omnium Sanctorum et pro primo solutionis termino a festo Omnium Sanctorum proxime futuro ultra annum de et ex quinta parte medietatis premissorum, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis sedecim pullis census fundi domino de Hezewyck, hereditario censu novem stuferorum ecclesie parochiali in Hezewyck, hereditario censu unius floreni et stuferi, hereditaria pactione duorum modiorum siliginis capitulo in Buscoducis, hereditaria pactione unius modii siliginis conventui Sancte Geertrudis in Buscoducis, hereditaria pactione unius maldri siliginis ecclesie in Dinther, hereditaria pactione unius modii siliginis Johanni Geerlincx et hereditaria pactione unius modii siliginis

⁷ in dit schepenjaar zijn twee personen van de familie Van Berkel schepen: Gerard, zoon van Jan, en Rutger, zie Jacobs, *Justitie en politie*, 272.. Onduidelijk is hier om welke schepen het gaat.

⁸ in dit schepenjaar zijn twee personen van de familie Van Berkel schepen: Gerard, zoon van Jan, en Rutger, zie Jacobs, *Justitie en politie*, 272.. Onduidelijk is hier om welke schepen het gaat.

Egidio Pennincx, hereditario censu sex florenorum liberis quondam Walteri Jansz., prius annuatim ex premissis integraliter e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1339, fol. 17v
20 oktober 1543
Van Berkel⁹ en Willem de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum viginti florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1339, fol. 17v
20 oktober 1543
Van Berkel¹⁰ en Willem de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra, constitutus igitur coram scabinis infrascriptis dictus Adrianus promisit super omnia et habenda dicte Yde quod ipse dictum censum unius floreni et quinque stuferorum exnunc deinceps annuatim dabit et solvet, redimet et acquitabit dareque et solvere, redimere et acquitare tenebitur sic et taliter quod dicte Yde ad et supra se et bona sua dampna exinde non eveniant quovismodo in futurum.
Testes, datum supra.

R1339, fol. 17v-18r
22 oktober 1543
Gerard van Berkel zoon van Jan en Frans van Balen

Gerardus, filius quondam Walteri de Beeck, hereditarie vendidit Johanni Claesz. ad opus Geertrudis, Henrice et Mechteldis, sororum, filiarum quondam Petri Claesz. van der Hoird, hereditarium censum trium florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo beati Martini hyemalis et pro primo solutionis termino a festo beati Martini hyemalis proxime futuro ultra annum et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis libere tradendum de et ex quodam agro terre arabilis ac petia pascue sibi adiacente, quatuordecim lopinatas terre vel circiter pariter continente, sitis in parrochia de Gestel prope Herlair, ad locum dictum Rumel, inter communem stegam ex uno et inter hereditatem heredum quondam Amelii Maesz. ex alio, tendentibus ab hereditate Johanne, relicte quondam Jacobi Hermans, ad communem plateam, ut dicebat, ab eisdem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu novem florenorum Geertrudi, filie Johannis Haeckmekers, prius annuatim

⁹ in dit schepenjaar zijn twee personen van de familie Van Berkel schepen: Gerard, zoon van Jan, en Rutger, zie Jacobs, Justitie en politie, 272.. Onduidelijk is hier om welke schepen het gaat.

¹⁰ in dit schepenjaar zijn twee personen van de familie Van Berkel schepen: Gerard, zoon van Jan, en Rutger, zie Jacobs, Justitie en politie, 272.. Onduidelijk is hier om welke schepen het gaat.

exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali conditione annexa quod dictus venditor dictum censum redimere poterit perpetue cum quinquaginta florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni preintimabit.
Testes Gerardus et Balen, datum XXII octobris.

R1339, fol. 18r-18v

22 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Frans van Balen

Henricus,¹¹ filius quondam Mathei Henricxsz. de Heerlair, hereditarie vendidit Gerardo, filio quondam Henrici van den Biechelaire, hereditarium censum duorum florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo beate Ursule virginis et martyris et pro primo solutionis termino in festo beate Ursule virginis et martyris proxime futuro de et ex medietate domus, aree, orti et pendule, dicte loyve, sitis in Buscoducis, in vico Vuchtensi, inter domum et hereditatem Johannis de Zanten ex uno et inter domum et hereditatem Robberti Lambertsz. ex alio, tendentibus a communi vico predicto retrorsum ad communem aquam ibidem fluentem, dictam die Dieze, ut dicebat, ab eodem, promittens et cum eo Johannes de Heerlair, filius dicti quondam Mathei Henricxsz. de Heerlair, indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi durarum blancarum domino duci, hereditario censu quatuor florenorum et tredecim stuferorum capitulo in Buscoducis et hereditario censu quinque florenorum Huberto de Loen, prius annuatim ex integris domo, area, orto et pendula predictis prius (*aldus*) annuatim (*aldus*) exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes, datum supra.

R1339, fol. 18v

22 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Frans van Balen

Et poterit redimere perpetue cum triginta duobus florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime preintimabit.
Testes, datum supra.

R1339, fol. 18v-19r

22 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Frans van Balen

Petrus Pels, filius quondam Arnoldi Pels, hereditarie vendidit Paulo, filio quondam Henrici Willemsz., hereditariam pactionem unius modii siliginis mesure de Buscoducis, solvendam anno quolibet hereditarie in festo beatorum Symonis et Jude apostolorum et pro primo

¹¹ *in de marge d.d. 24 juli 15[?]:* XXIIIⁱⁱ julii anno XV^c X(?)X in presentia et cum expressis consensu ac voluntate Adriani, fratris dicti quondam Henrici, venditoris defuncti, atque Gerardi, emptoris dicti census, sunt presens et seqens contractus cancellati.

solutionis termino a festo beatorum Symonis et Jude apostolorum proxime futuro ultra annum et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis et oneribus libere tradendam de et ex octava parte ad ipsum, ut dicebat, spectante in quodam manso, dicto die hoeve te Paddelair, sito in parrochia de Roda Sancte Ode, ad locum dictum Eersel, videlicet de et ex octava parte ad ipsum spectante in domibus, areis, ortis, agris, terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ac ceteris iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis ubicumque locorum consistentibus, sitis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi hereditario censu viginti quatuor florenorum dicto Paulo, emptori, et hereditario censu decem florenorum et quindecim stuferorum, diversis personis ex dicto integro manso et suis iuribus et attinentiis prius annuatim exinde e iure solvedis, ut dicebat, et satisfacere. Testes, datum supra.

R1339, fol. 19r

22 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Frans van Balen

Et poterit redimere perpetue cum quinquaginta quatuor florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum pactione anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime preintimabit.

Testes, datum supra.

R1339, fol. 19r-20r

23 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Willem de Borchgreve

Jheronimus, filius quondam Johannis Eyck, die scaelmaker, tamquam maritus legitimus Marie, sue uxoris, filie quondam Walteri van den Eynde, et ipsa Maria cum eodem Jheronimo, suo marito, tamquam cum suo tutore ad hoc ab eo electo et ei a iudice rite dato usufructum dicte Marie, ut dicebat, competentem in sex florenis, per archiducem Philippum monetatum, dictis Philippusgulden, annui et hereditarii census de annuo et hereditario censu viginti quinque florenorum, per archiducem Austrie, ducem Bourgondie, ducem Philippum monetatum, dictorum Philippusgulden cum ymagine sancti Philippi apostoli, vel viginti quinque denarios, dictos stuferos, per eundem archiducem Philippum monetatos vel verum valorem eorundem in alia bona et equivalentia pecunia valuata pro quolibet huiusmodi floreni computando, solvendi anno quolibet hereditarie decima sexta die mensis octobris et libere ab omnibus precariis domini ducis aliisque subventionibus seu oneribus quocumque nomine censi poterint in Buscoducis tradendi et deliberandi de et ex quodam prato, quatuor vasatas terre vel circiter continente Arnoldi, filii quondam Johannis Leenen, sito in parrochia de Buedel, in loco dicto Langelair, inter hereditatem Petri sBonten ex uno latere et inter hereditatem Petri et Jacobi, fratrum, liberorum quondam Henrici die Cuyper, ex alio; insuper de et ex omnibus et singulis bonis, mobilibus et immobilibus, hereditariis atque paratis Henrici van der Straten, filii quondam Henrici, ab eo ad presens habitis ac imposterum ab eo habenda et acquirenda ubicumque locorum consistentibus, sitis, solvendis aut reperiendis; insuper de et ex quodam domistadio terre, quatuor vasatas terre vel circiter continente Johannis de Langelair, filii quondam Petri, sito in parrochia de Buedel, prope ecclesiam ibidem, inter hereditatem Johannis Bruystens ex uno latere et inter communem plateam ex alio latere et fine uno; insuper de et ex quodam agro terre, sex vasatas terre vel circiter

continente Engberti sGruyters, filii quondam Cristiani, sito in dicta parrochia de Buedel, in loco dicto den Bosch, inter hereditatem Henrici sGruyters ex uno et inter hereditatem Nicolai Colensz. ex alio; insuper de et ex quodam campo terre, partim arabilis et partim pascualis, octo vasatas terre vel circiter continente Walteri, filii quondam Walteri Mysz., sito in parrochia de Buedel, in loco dicto Schoet, inter hereditatem reliquam dicti Wolteri ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Willelmi Lemmensz. ex alio; insuper de et ex quodam prato, duas et dimidiam vasatas terre vel circiter continente Willelmi, filii Gerardi Smeedts, sito in dicta parrochia de Buedell, ad locum dictum den Hogenbosch, inter hereditatem Adriani dicti Hoochbosch ex uno et inter hereditatem liberorum quondam Mathie dicti Duysters ex alio, quem integram censum Henricus, filius quondam Hermannii de Deventher, ad opus sui et ad opus Jacobi, filii quondam Gerardi de Casteren, vinitoris, erga dictos Arnoldum, filium quondam Johannis Leenen, Henricum van der Strathen, filium quondam Henrici, Johannem de Langelair, filium quondam Petri, Engbertum sGruyters, filium quondam Cristiani, Waltherum, filium quondam Walteri Mysz., et Willelmum, filium Gerardi Smeedts, emendo acquisierat, prout in litteris quarum data continet decima sexta die mensis octobris anno Domini millesimo quingentesimo sexto, et quos sex florenos hereditarii census predictos Margareta, filia Walteri van den Eynde, dicte Marie, sue sorori, quoad eius usufructum et suis liberis quoad eorum ius hereditarium legaverat, ut dicebat, legitime supportavit Severino, filio eorundem Jheronimi et Marie, necnon Jordano, filio quondam Johannis Petersz., tamquam marito et tutori legitimo Geertrudis, sue uxoris, filie dictorum Jheronimi et Marie, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittentes super omnia et habenda ratum servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum deponere. Testes Gerardus et Borchgreve, datum XXIII^a octobris.

R1339, fol. 20r

23 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Willem de Borchgreve

Notum sit universis quod cum ita actum esset ut supra, constituti igitur coram scabinis infrascriptis dicti Severinus, filius Jheronimi et Marie predictorum, necnon Jordanus, filius quondam Johannis Petersz., tamquam maritus et tutor legitimus dicte Geertrudis, sue uxoris, filie eorundem Jheronimi et Marie, dictos sex florenos, per archiducem Philippum monetatos, dictos Philippusgulden, hereditarii census hereditarie supportaverunt Johanni, filio quondam Godefridi Jansz. van der Heyden, simul cum dictis litteris, aliis et iure occasione, promittentes et cum eis dicti Jheronimus et Maria super omnia et habenda indivisi warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere, potestate tamen redimendi censum predictum venditoribus eiusdem salva iuxta continentiam litterarum desuper confectarum. Testes, datum supra.

R1339, fol. 20r-20v

24 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Frans van Balen

Henricus, filius quondam Theoderici Gielisz., hereditarie vendidit mihi ad opus conventus Fratrum Predicatorum in Buscoducis hereditarum censum trium librarum monete, solvendum anno quolibet hereditarie in festo Omnium Sanctorum et pro primo solutionis termino a festo Omnium Sanctorum proxime futuro ultra annum et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis et oneribus libere tradendum de et ex domo area et orto ac hereditate sibi adiacente, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parrochia de

Schyndel, ad locum dictum Delschot, inter hereditatem Walteri, filii Johannis Buckincx, ex uno et inter communem plateam ex alio et fine uno, tendentibus cum alio fine ad hereditatem Henrici Goyartsz., ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi dimidii stuferi domino de Helmont, hereditario censu trium florenorum librarum monete predictae dicto conventui et hereditaria pactione duorum sextariorum siliginis Mense Sancti Spiritus in Schyndel, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali conditione annexa quod dictus venditor dictum censum redimere poterit perpetue cum viginti florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni preintimabit.

Testes Gerardus et Balen, datum XXIII octobris.

R1339, fol. 20v-21r

26 oktober 1543

Marcelis Heymans en Rudolf van Eijck

Petrus, filius quondam Walteri de Berlair, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Anne, sue uxoris, filie quondam Thome van den Venne, hereditarie vendidit Ghysberto, filio quondam Andree Meuschen, hereditarium censum sex florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo beati Remigii confessoris et pro primo solutionis termino in festo beati Remigii confessoris proxime futuro notanter et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis libere tradendum de et ex domo quodam, dicto Den Hamer, area et orto ac hereditate sibi adiacente, duas lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parrochia de Vucht Sancti Lamberti, inter hereditatem Arnoldi de Woensel ex uno et inter hereditatem Maioris Hospitalis in Buscoducis ex alio, tendentibus a communi platea retrorsum ad communem aquam, dictam die Diese; insuper ex petia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parrochia de Oirschot, in pastoria de Straten, inter hereditatem Henrici die Hoppenbrouwer, filii Henrici, ex utroque latere, tendente cum uno fine ad communitatem ibidem, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu sex florenorum, diversis personis ex domo area et orto ac hereditate predictis prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere.

Testes Heymans et Eyck, datum XXVI octobris.

R1339, fol. 21r

26 oktober 1543

Marcelis Heymans en Rudolf van Eijck

Et poterit redimere perpetue cum centum florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime preintimabit.

Testes, datum supra.

R1339, fol. 21r-21v

25 oktober 1543

Frans van Balen en Willem de Borchgreve

Petrus, filius quondam Godefridi die Leeuwe, promisit super omnia et habenda Johanni, filio quondam Henrici Willemsz., viginti quinque florenos, carolusgulden communiter vocatos, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, Nativitatis Domini, insuper viginti quinque consimiles florenos Carnisprivii, insuper triginta quatuor consimiles florenos necnon undecim consimiles stuferos Pasche proxime futura persolvendos. Testes Balen et Borchgreve, datum XXV octobris.

R1339, fol. 21v

25 oktober 1543

Adriaan van Eijndhouts en Nicolaas van der Stegen

Johannes,¹² filius quondam Emberti Snellen, et Petrus, filius quondam Petri Coomans, promiserunt indivisi super omnia et habenda Bele, relicte quondam Henrici die Rademaker, centum et quatuor florenos, carolusgulden communiter vocatos, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, ad festum beatorum Phylippi et Jacobi apostolorum proxime futurum persolvendos. Testes Eyndhouts et Stegen, datum supra.

R1339, fol. 21v-22r

25 oktober 1543

Nicolaas van der Stegen en Gerard van Berkel zoon van Jan

Adrianus et Cornelius, fratres, filii quondam Arnoldi, filii Adriani van den Grint, hereditarie vendiderunt domino et fratri Adriano, filio quondam Willelmi van den Wiel, cellerario monasterii Campensis, Cisterciensis ordinis, ad opus eiusdem monasterii hereditarium censum quatuor florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo beati Michaelis archangeli et pro primo solutionis termino in festo beati Michaelis archangeli proxime futuro notanter et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis ac oneribus libere tradendum de et ex petia terre arabilis, quatuor hont terre vel circiter continente dictorum venditorum, sita in parrochia de Druenen, ad locum dictum Aen de Elsenhoutsche Moelen, inter hereditatem Lamberti Adriaensz. et plurium aliorum ex uno et inter hereditatem monasterii de Camera prope Bruxellam ex alio, tendente ab hereditate Henrici Hubertsz. ad communem plateam; insuper ex domo area et orto ac hereditate sibi adiacente, unum hont terre vel circiter continente eorundem venditorum, sitis in parrochia et loco predictis, inter hereditatem Godefridi Arntsz. et Egidii dicti Beris ex uno et inter communitatem de Druenen ex alio et fine uno, tendentibus cum alio fine ad communem plateam, ut dicebat, ab eodem, promittentes indivisi super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, excepto hereditario censu decem et octo stuferorum ecclesie in Druenen ex domo area et orto ac hereditate predictis, prius annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat, et satisfacere, tali conditione annexa quod dicti venditores dictum censum redimere poterint perpetue cum sexaginta quatuor florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, salvo quod dicti

¹² *in de marge 30 november 1544*: Penultima novembris anno XV^C XLIII in presentia dicte Bele, relicte quondam Henrici die Rademaker, et de mandato eiusdem cancellatus est iste contractus.

venditores huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni legitime preintimabunt seu preintimabit eorum alter.

Testes Stegen et Gerardus, datum XXV octobris.

R1339, fol. 22r-22v

25 oktober 1543

Rudolf van Eijck en Frans van Balen

Hadewigis, relicta quondam Ludovici Goessensz. de Maren, tamquam potens vigore testamenti dicti quondam Ludovici, sui dum viveret mariti, ac vigore potestatis sibi inibi, ut apparebat, attribute, cum tutore hereditarie vendidit Johanne, uxori legitime Pauli, filii Jasperi van den Hove, hereditarium censum trium et dimidii florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo beati Remigii confessoris et pro primo solutionis termino in festo beati Remigii confessoris proxime futuro et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis libere tradendum de et ex petia terre arabilis, duo iugera terre vel circiter continente, sita in parrochia de Maren, ad locum dictum opte Nulanden, inter hereditatem spectantem ad ecclesiam de Maren ex uno et inter hereditatem Gerardi Ghysbertsz. ex alio, tendente a communi platea ad hereditatem heredum quondam Johannis Geritsz., ut dicebat, ab eodem, promittens cum tutore predicto super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, et satisfacere, tali conditione annexa quod dicta venditrix dictum censum redimere poterit perpetue cum quinquaginta octo et dimidio florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, salvo quod dicta venditrix huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni preintimabit.

Testes Eyck et Balen, datum XXV octobris.

Dicta Johanna fuit sic, ut premittitur, contenta.

R1339, fol. 22v-23r

29 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Frans van Balen

Adrianus, filius, quondam Henrici Vilt, hereditarie vendidit Henrico, filio quondam Nicolai Rutten de Grinsvenne, ad opus Aleydis, sue matris, relicte dicti quondam Nicolai Rutten de Grinsvenne, hereditarium censum sex florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo Assumptionis beate Marie virginis et pro primo solutionis termino in festo Assumptionis beate Marie virginis proxime futuro notanter et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis libere tradendum de et ex domo area et orto ac hereditate sibi adiacente, tres lopinatas terre vel circiter continente, sitis in parrochia de Gestel prope Herlair, ad locum dictum den Horrick, inter communitatem undique adiacentem; insuper ex petia terre arabilis, modiatam terre vel circiter continente, sita in parrochia predicta, ad locum dictum Gasthuysdonck, inter hereditatem Rutgeri, filii Rutgeri de Grinsvenne, ex uno et fine uno et inter hereditatem Hillegondis, relicte quondam Petri Eymberts, ex alio, tendente cum reliquo fine ad communem plateam; insuper ex petia terre, partim arabilis et partim pascualis, novem lopinatas terre vel circiter continente, sita in parrochia et loco predictis, inter hereditatem dicte Hillegondis, relicte quondam Petri Eymberts, ex uno et inter hereditatem Theoderici, filii Gerardi Vilt, ex alio, tendente ab hereditate Jacobi Colen ad hereditatem magistri Henrici Pelgrom, ut dicebat, ab eodem,

promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis hereditaria pactione trium maldrorum siliginis Alardo Spyker, hereditaria pactione unius maldri siliginis Maiori Hospitali in Buscoducis, hereditaria pactione unius modii siliginis heredibus quondam Willelmi Symons, hereditario censu sex librarum monete Petro, filio Willelmi Rutten, hereditario censu duarum et dimidie librarum monete predictae, hereditario censu trium librarum monete predictae, hereditario censu duorum et dimidii florenorum Arnoldo Goyartsz., hereditario censu trium florenorum Johanni, filio Henrici Jacops, ex domo area, orto et hereditate ac petia terre arabilis, modiatam terre vel circiter continente, predictis, censu fundi sedecim et dimidii stuferorum domino de Heerlair, censu fundi duorum stuferorum unius novenarii, hereditario censu duorum stuferorum et unius octo denariorum ecclesie in Gestel et hereditario censu trium florenorum ex petia terre, partim arabilis et partim pascualis, predicta, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere, tali conditione annexa quod dictus venditor dictum censum redimere poterit perpetue cum centum florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni preintimabit.

Testes Berkel et Balen, datum XXIX^a octobris anno XLIII^o.

R1339, fol. 23v-24r

26 oktober 1543

Schepenen en raad van 's-Hertogenbosch

Wy scepenen ende raet der stat van sHertogenbosche doen condit ende kenlic allen denghenen die dese letteren zullen zien oft hooren lesen dat opten dach van huyden datum des briefs voir ons gecomen ende gecompereert zyn in huere propre persoonen Albert ende Henrick van Deventher, gebrueders, soenen wylen Gerarts van Deventher, onse mederaitsman, ende hebben geconstitueert Joosten van der Lynden in hueren wittigen procureur ende facteur ende gegeven ende verleent denzelven vry ende volcomen macht, auctoriteyt ende zunderlinge bevelen alle ende eenyegelycke huer saken die zy als nu vuytstaende hebben ende namails hebben zullen, hetzy in aenleggers oft verwerders stat, voir alle gerichten, geestelic ende weerlic, ende tegens wyen dattet zy te vervolgen, te bedingen, te winnen ende te verliesen, litem te contesteren ende alle poincten van recht dair inne te doen ende te vorderen die nae recht dairtoe zullen behoeren ende die de voirs. Albert ende Henrick, gebrueders, zelve zouden moegen doen, waert dat zy telcker tyt ende plaetzen tegenwoirdich ende voir oogen waren, metter machten oic voirts te moegen substitueren enen oft meer substituyt oft substituyten die de gelycke macht zullen hebben, geloevende die voirs. Albert ende Henrick, gebrueders, in goeder trouwen ende opte verbyntenisse van allen hueren gueden, hebbende ende vercrygende, vast, stedich ende van werden te houdene alletgeene ende zoe wes dat by den voirs. hueren geconstitueerden procureur, zyn substituyt oft substituyten ofte den enen van hen dairinne in hoeren name ende van huerre wegen zal werden gedaen ende dezelve van alle costen ende scalden ter cause voirs. doende ende lydende te releveren ende scadeloes te ontheffen.

Des toirconden zoe hebben wy scepenen ende raet der stat van sHertogenbosch voirs. den segel ad legata derzelver stat hier aen doen hangen.

Gegeven opten XXVI dach der maent van octobri.

R1339, fol. 24r

27 oktober 1543

Rudolf van Eijck en Frans van Balen

Jacobus, filius quondam Jacobi de Wuestenborch, pro seipso et pro domino Nicolao, presbytero, et Barbara, eius sorore, liberis dicti quondam Jacobi de Wuestenborch, Theoderico, filio Henrici die Busser, ab eodem Henrico et Willelma, eius uxore, filia dicti quondam Jacobi de Wuestenborch, pariter genito, et Jacobo, filio Henrici Kempensz., ab eodem Henrico et Maria, eius uxore, filia dicti quondam Jacobi de Wuestenborch, pariter genito, tamquam potens vigore potestatis sibi per eosdem dominum Nicolaum, presbyterum, Barbaram, Theodericum et Jacobum in certis litteris scabinalibus de Hildwaerenbeke, ut apparebat, date necnon adhuc pro Johanne, filio Henrici die Busser, ab eodem Henrico et Willelma, eius uxore, filia quondam Jacobi de Wuestenborch, pariter genito, et Adriano, filio Cornelii Appels, ab eodem et Heylwige, eius uxore, filia dicti quondam Jacobi de Wuestenborch, pariter genito, pro quibus se fortem fecit, petiam prati, sitam in parrochia de Poppel, ad locum dictum die Steevoirt, inter hereditatem Adriani dicti van den Dyck ex uno et inter hereditatem Mathie dicti van der Oever ex alio, tendentem ab hereditate Nicolai de Trier et ab aqua communi, dicta die Aa, ad hereditatem Johannis dicti van den Kerchove, simul cum iure viandi ex dicta petia prati per et trans hereditatem dicti Godefridi Weels usque ad communem plateam, ut dicebat, hereditarie supportavit Johanni, filio quondam Henrici Geritsz., ad opus Nicolai, filii Gerardi de Gorop, simul cum toto iure sibi dictis domino Nicolao, Barbare, Theoderico, Jacobo, Johanni et Adriano competente in quibuscumque litteris inde mentionantibus, et effestucando, promittens super omnia et habenda ac vigore dicte potestatis sibi a domino Nicola, presbytero, Barbara, Theoderico et Jacobo predictis date, sub obligatione omnium bonorum eorundem domini Nicolai, Barbare, Theoderici et Jacobi warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, excepto censu fundi unius octo denarii, annuatim exinde e iure solvendo, ut dicebat.

Testes Eyck et Balen, datum XXVII octobris.

R1339, fol. 24r-24v

27 oktober 1543

Nicolaas van der Stegen en Rudolf van Eijck

Willelmus, filius quondam Henrici, filii Walteri, filii Johannis Woutersz. de Eersel, Henricus, filius Jodoci Francken, tamquam maritus et tutor legitimus Heylwigis, sue uxoris, et Cornelius, filius Johannis de Thurnhout, tamquam maritus et tutor legitimus Marie, sue uxoris, filiarum dicti quondam Henrici filii Walteri, filii Johannis Woutersz. de Eersel, decem florenos hereditarii census de annuo et hereditario censu viginti trium et dimidii florenorum, rynsgulden communiter vocatorum, XX^{ti} denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem eorundem in pecunia quemadmodum iam valuata est pro quolibet huiusmodi floreni computando, quem censum magister Egidius, filius Ghysberti Henricxsz., promiserat ut debitor principalis se daturum et soluturum Waltero, filio quondam Johannis Woutersz. de Eersel, anno quolibet hereditarie in festo Nativitatis beati Johannis Baptiste de et ex domo, area, orto ac domo posteriori sibi adiacente, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Hynthamerstraet, in opposito conventus Sancte Clare ibidem, inter hereditatem Arnoldi Goessensz., braxatoris, ex uno latere et inter hereditatem magistri Ghysberti die Hollander ex alio latere, dudum ad hereditarium censum datis dicto magistro Egidio a Waltero predicto pro dicto censu ac certis aliis oneribus, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Paulo, filio Henrici Willemsz., simul cum dictis litteris et iure occasione, promittentes super omnia et habenda ratum servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum dictarum suarum uxorum et dicti Walteri, filii Johannis Woutersz. de Eersel, ac quorumcumque suorum heredum et successorum deponere, potestate tamen redimendi censum predictum promittentibus eiusdem salva iuxta continentiam litterarum desuper confectarum.

Testes Stegen et Eyck, datum XXVII octobris.

R1339, fol. 24v-25r

27 oktober 1543

Nicolaas van der Stegen en Rudolf van Eijck

Dicti Willelmus, filius quondam Henrici, filii Walteri Jansz., buretificis, ab eodem quondam Henrico et Maria, sua uxore, filia quondam Willelmi Zwertveger, pariter genitus, et Henricus, filius Jodoci Francken, tamquam maritus et tutor legitimus Heylwigis, sue uxoris, filie eorundem quondam Henrici et Marie, duas tertias partes ad ipsos et dictam Heylwigem spectantes in hereditario censu quinque et dimidii florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, viginti denarios, stuvers communiter vocatos, vel valorem eorundem in alia valuata pecunia pro quolibet huiusmodi floreni computando, quem censum Johannes et Lucas, fratres, filii quondam Willelmi Zwertveger, promiserant ut debitores principales Henrico, filio Walteri Jansz., buretifici, ad opus suorum liberorum, ab ipso et Maria, sua uxore, filia quondam Willelmi Zwertveger predicti, pariter genitorum et generandorum, quod ipsi darent et solvent eisdem anno quolibet hereditarie in festo Purificationis beate Marie virginis de et ex omnibus et singulis eorum bonis, mobilibus et immobilibus, hereditariis atque paratis ubicumque locorum consistentibus, sitis, solvendis et reperiendis, prout in litteris, hereditarie supportaverunt Cornelio, filio Johannis de Thurnhout, tamquam marito et tutori legitimo Marie, sue uxoris, filie quondam Henrici, filii Walteri Jansz., buretificis, et Marie, sue uxoris, filie quondam Willelmi Zwertveger predictorum, simul cum dictis litteris et iure occasione, promittentes super omnia et habenda ratum servare, omnes obligationem et impetitionem ex parte eorum et adhuc dictus Henricus ex parte dicte Heylwigis, sue uxoris, deponere.

Testes, datum supra.

R1339, fol. 25r-25v

29 oktober 1543

Adriaan van Eijndhouts en Willem de Borchgreve

Willelmus, filius Johannis Cranen, tamquam maritus et tutor legitimus, ut dicebat, Geertrudis, sue uxoris, filie quondam Walteri, filii Petri Emonts, hereditarie vendidit Johanni, filio quondam Cristiani Weygergancx, hereditarium censum sex florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo Omnium Sanctorum et pro primo solutionis termino a festo Omnium Sanctorum proxime futuro ultra annum et in Buscoducis absque precariis, exactionibus et ceteris incommodis et oneribus libere tradendum de et ex domo, area, horreo et orto ac hereditate sibi adiacente, duas modiatas terre vel circiter continente, sitis in parrochia de Roda Sancte Ode, ad locum dictum Veressel, inter hereditatem Johannis Lucasz. ex uno et inter hereditatem Johannis Rutten ex alio, tendentibus a communi platea ad communem aquam ibidem fluentem, dicta die Dommele; insuper adhuc ex quodam manso, sito in parrochia predicta, ad locum dictum Neynsel, videlicet de et ex domibus, areis, ortis, terris, pratis, pascuis, mericis, lignicrescentibus ac ceteris iuribus et attinentiis eiusdem mansi singulis et universis ubicumque locorum consistentibus, sitis, solvendis ac reperiendis, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi unius brasdenarii domini duci, hereditaria pactione durorum modiorum siliginis Mense Sancti Spiritus in Roda, hereditaria pactione unius modii Beatrici, filie Henrici van den Gasthuys, hereditaria pactione unius sextarii siliginis ecclesie de Eersel, hereditaria pactione decem

vasorum siliginis et hereditario censu sex florenorum, diversis personis ex domo, area, horreo et orto ac hereditate predictis, censu fundi unius brasdenarii capitulo Rodensis, censu vicinorum quindecim stuferorum, hereditaria pactione quatuor modiorum et unius ac dimidii sextariorum siliginis Emberto Claesz., hereditaria pactione quatuor modiorum et unius ac dimidii sextariorum siliginis Petro, filio Anthonii Buysen, hereditaria pactione duorum et dimidii modiorum siliginis et hereditario censu viginti florenorum conventui Sancte Geertrudis in Buscoducis ex dicto manso ac suis iuribus et attinentiis, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.

Testes Eyndhouts et Borchgreve, datum XXIX octobris anno XLIII.

R1339, fol. 25v-26r

29 oktober 1543

Adriaan van Eijndhouts en Willem de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum centum florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dictus emptor hoc palam recognovit et super omnia et habenda dicto venditori repromisit, salvo quod dictus venditor huiusmodi redemptionem per spacium dimidii anni preintimabit.

Testes, datum supra.

R1339, fol. 26r-26v

29 oktober 1543

Nicolaas van der Stegen en Rudolf van Eijck

Agnes, filia quondam Goeswini Keelbreker relictaque quondam Henrici Bueckentop, cum tutore petia terre arabilis, quatuor lopinatas terre vel circiter continente, sita in parrochia de Berlickem, ad locum dictum Belver, inter hereditatem Catarine, relicte quondam Johannis, filii Symonis Jansz., et eius liberorum ex uno et inter hereditatem heredum quondam Arnoldi Beys ex alio et fine uno, tendente cum alio fine ad communitatem ibidem; insuper petiam terre arabilis ac petia (*aldus*) pascue sibi adiacente pariter, unam lopinatam ac quinque virgatas terre vel circiter continente, sitas in parrochia predicta, ad locum dictum Morrenhoff, inter hereditatem dicte Catarine, relicte quondam Johannis, filii Symonis Jansz., et eius liberorum ex uno et fine uno et inter hereditatem Henrici, filii Johannis Vuchs, ex alio, tendentes cum reliquo fine ad hereditatem Martine, relicte quondam Gerardi Boudewyns, et eius liberorum; insuper petiam terre pascualis, unum bonarium terre vel circiter continente, sitam in parrochia predicta, ad locum dictum Leynsbroeck, inter hereditatem Heylwigis, relicte quondam Nicolai Jansz., ex uno et fine uno et inter hereditatem Johannis, filii Petri Arntsz., ex alio, tendentem cum reliquo fine ad hereditatem conventus Clarissarum in Buscoducis et hereditatem dicte Catarine, relicte quondam Johannis, filii Symonis Jansz., et eius liberorum; insuper sextam partem campi terre mericalis, sitam in parrochia predicta, ad locum dictum Aen de Nieustege, inter hereditatem Theoderici de Merevenne ex uno et inter hereditatem dicte Catarine, relicte quondam Johannis, filii Symonis Jansz., et eius liberorum ex alio et fine uno, tendentem cum alio fine ad hereditatem dicti Henrici, filii Johannis Vuchs, in ea qualitate qua ibidem premissa sita sunt, ut dicebat, hereditarie vendidit dicte Catarine, relicte quondam Johannis, filii Symonis Jansz., ab eadem, promittens super omnia et habenda warandiam, omnes obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi quinque stuferorum et dimidie blance et hereditaria pactione unius sextarii et tertia parte unius sextarii siliginis, annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat.

Testes Stegen et Eyck, datum XXIX^a octobris.

R1339, fol. 26v

29 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Willem de Borchgreve

Henricus, filius quondam Egidii Coenen, hereditarie vendidit Catarine, filie quondam Jacobi Jansz. relicteque quondam Willelmi, filii quondam Heymerici Goyartsz., hereditarium censum quatuor et dimidii florenorum, carolusgulden communiter vocatorum, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alio pagamento pro quolibet computando, solvendum anno quolibet hereditarie in festo beati Jacobi apostoli et pro primo solutionis termino in festo beati Jacobi apostoli proxime futuro notanter de et ex domo, area et orto, sitis in Buscoducis, in vico dicto die Wyntmoelenberchstraet, inter hereditatem Geertrudis, relicte quondam Arnoldi Boest, ex uno et inter communem viculum ibidem ex alio, tendentibus a communi vico predicto retrorsum ad hereditatem Arnoldi de Macheren et hereditatem dicte Geertrudis, relicte quondam Arnoldi Boest, ut dicebat, ab eodem, promittens super omnia et habenda warandiam, alias obligationem et impetitionem deponere, exceptis censu fundi trium blancarum domino duci, hereditario censu quatuor librarum monete diversis personis et hereditario censu trium florenorum Jacobo et Symoni, fratribus, filiis Nicolai Symonsz. van der Stegen, prius annuatim exinde e iure solvendis, ut dicebat, et satisfacere.
Testes Gerardus et Borchgreve, datum XXIX^a octobris.

R1339, fol. 26v-27r

29 oktober 1543

Gerard van Berkel zoon van Jan en Willem de Borchgreve

Et poterit redimere perpetue cum septuaginta quinque florenis, carolusgulden communiter vocatis, XX^{ti} stuferos vel valorem eorundem in alia bona pecunia nunc valuata pro quolibet computando, et cum censu anni redemptionis et arrestadiis, prout dicta emprix cum tutore hoc palam